



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIV. Membra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

rum demum, quando subjecta habilitas non repugnat, & quando utrinque par est ratio, Harprecht. d. loc. n. 25.]

II.

Expediit Reipubl. ad ejus administrationem promovere hominem mediocris ingenii, non sublimioris, Perez. C. de Equest. Dignit. n. 7.

CAP. XXI. De Melancholiâ.

Propter Melancholiam poena potest mitigari. Carpz. Pract. Crim. p. 3. q. 145. n. 53. Et Melancholici mortem sibi inferentes honestâ sepulturâ non sunt planè privandi, licet non omnes alias conservæ adhibeantur ceremoniæ. Struv. Synr. Jur. Civil. Ex. 15. th. 82.

CAP. XXII. De Melioramentis.

Axioma I.

Melioramentorum nomine veniunt reparationes & ædificationes necessariae & plantationes vitium, salicium, arborum. Garz. de impens. & meliorat. cap. 1. n. 8. 9. & cap. 15.

II.

Res prædique retineri possunt ob melioramenta, die Verbesserungen/donec solvantur. L. 58. ff. de Leg. 1. 2. F. 28. §. 2. Schneid. in §. 28. Inst. de act. in act. conducl. n. 23.

Limita, quod melioramenta immodicè facta, die unnöthige übermäßige Besserungen/ non restituantur, idque notandum contra potentes hypothecarios, qui sumptuosius ædificiis Dominum è retributione excludere conantur, Gail. L. 2. obs. 22. n. 6.

III.

Meliorationes se fecisse allegans illud probare debet. Sunt autem melioramenta difficillimè probationis, & in ædificia facta probantur per Architectos & peritos in arte, ubi tamen illi non sunt adhibendi, qui adhibiti fuerunt, cum ipsum ædificium exstrueretur. Pruckmann. P. 1. R. 247. n. 46. segg.

CAP. XXIII. Melius est.

Axioma I.

MELIUS est occurrere in tempore, quam post illatum vulnus remedium querere; sive Melius est, intacta Jura servare, quam post vulneratam causam remedium querere, l. ult. in fine. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. l. 1. C. quando liceat unicuique sine Judice se vind. Cardin. Mant. de tacitis & ambig. convent. lib. 21. tit. 8. num. 30. in fine. Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 648. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 105.

II.

MELIUS est habere rem, quam pe-

tere, Card. Tusch. tom. 5. lit. M. concl. 184. num. 3.

III.

MELIUS est pauca cautè agere, quam multis interesse periculose, auth. de tabellionib. circa med. collat. 4.

IV.

MELIUS est, seu magis nostra inter est non solvere, quam solum repetere. l. si stipulatus esset 15. ff. de fidejussorib. l. si cui legetur. 29. fin. ubi Aretin. in 3. notab. ff. de legat. 1. l. 3. C. de solutionib. Cardin. Tusch. d. lit. M. conclus. 184. n. 5.

V.

MELIUS est pauca verba idonea effundere, quam multis inutilibus hominibus prægravare, l. tanta. 2. §. contrarium. 15. C. de veteri jure enucl. quia verba superflua & inania solent stomachari prudentes, Roland. conf. 39. num. 2. lib. 2. & conf. 61. in princ. lib. 3. quem refert Card. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 895. n. 31.

VI.

MELIUS est nocentem dimittere, quam innocentem punire, l. absentem 5. ff. de pænis. Cardinal. Tusch. tom. 1. lit. A. conclus. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O. concl. 55. n. 2.

CAP. XXIV. Membra.

Axioma I.

MEMBRORUM suorum nemo est dominus. l. liber homo 13. ff. ad legem Aquil. cap. si non licet 9. 23. quasi. 5. cum aliis ibidem. l. 9. §. 2. ff. de pecul. legat. l. 9. §. 7. de pecul. l. 6. §. si quis. de re milit. l. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 38. §. fin. ff. de pæn. Ungepaur. exerc. Justin. disp. 9. 10. Boeckel. de public. judic. disquis. 6. num. 20. quia interest Reipub. ut homines conserventur. Farin. 1. conf. crim. conf. 23. num. 2. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum Canonis. §. 1. num. 15. cum hujusmodi dominium sit soli Deo reservatum, juxta illud Sapient. 16. Tu es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & Deut. c. 32. Ego occidam, & ego vivere faciam. [licet secundo & Reipub. etiam Domina membrorum hominis dicatur, ut post Bart. in l. Titio centum. §. Titio centum. all. 2. vers. 3. ratio. ff. de condit. & dem. act. Dec. in l. si quis. n. 24. ff. de Jurisd. Menoch. 1. arbit. judic. cas. 87. n. 7.]

Unde nemini licere se ipsum jugulare, aut venenose occidere, seu vitam suam, ut propria membra dissipare, colliges ex late congestis adversus eos sic delinquentes per D. Thom. 2. 2. quasi. 64. art. 5. Plac.

§§ 4

de

de delict. cap. 23. Tiraq. de nobilit. c. 31. num. 559. cum seqq. Simanch. de Carbol. institut. cap. 18. à num. 21. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. quest. 68. num. 37. Covar. lib. 1. cap. 2. à num. 8. lib. 2. cap. 1. num. 11. col. ult. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 3. num. 13. cum seqq. Anton. Scap. de jur. non scripto, lib. 5. cap. 189. Petr. à Nayarra tom. 1. de institut. lib. 2. cap. 3. à num. 14. Roland. conf. 20. per totum vol. 3. Petr. Royz. Lituan. decis. 1. n. 14. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 284. Molin. de Just. tom. 4. tractat. 3. disp. 1. Leon. Less. in simili tract. lib. 2. c. 9. à num. 98. cum seqq.

HINC etiam infertur, clericum qui se ipsum injuriose percutit, scilicet irato animo vel vitæ radio, vel ex alia irrationabili causa, excommunicationem incurere, ut resolvunt Felin. in cap. contingit. il. 1. num. 1. vers. Et per hoc, de sentent. excomm. Carrer. in praxi, tit. de homicid. §. octavo quero. Navar. in Man. cap. 27. num. 88. in fine. Mantu. sing. 1. num. Clar. §. fin. quest. 77. num. 3. Menoch. de arbitrar. casu 284. num. 37. Gutier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 16. num. 54. Cened. ad Decretum collect. 24. num. 13. Soar. tom. 8. de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 57. Sayr. in simili tract. lib. 3. cap. 26. num. 20.

DENIQUE hinc colliges, non posse clericum consentire, ut aliquis eum percutiat, quin excommunicationem *can. si quis suadente* 29. 17. quest. 4. incurrat, ut Doctores communiter deducunt ex d. cap. contingit. & explicant Mantu. Dialog. 35. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 49. n. 6. Gutier. d. c. 16. à n. 53. Soar. ad sect. 1. à n. 57. Sayr. d. c. 26. n. 18.

VERUM contra hanc resolutionem, non leviter obstat, quod ille *can. si quis suadente* 29. 17. quest. 8. expressè requirit, ut excommunicatio ipso jure incuratur, quod injectio manuum ipso jure sit violenta, ut patet ex verbis ipsius *can. & melius ex cap. 1. de sentent. excomm.* ibi, *non potest in ipsis injectio manuum violenta notari*, quæ particula non convenit percutienti clericum volentem & consentientem, juxta *reg. scienti* 27. de Reg. Jur. lib. 6. cum similibus, & fatetur ipse Pontifex in d. cap. contingit 36. ibi: *hujusmodi manuum injectio etiam si non violenta, de sent. excomm. &c.* & magis in decisione, quæ habetur in *vers. idem*, quatenus solum prohibet, ne de cætero illud fiat, ut clerici se percutiendos laicis subiciant; minime autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur; sed clericos sic se percussioni subicien-

tes post tempora illius text. excommunicandos esse constituit. Atque ita ex iis fundamentis non defuerunt, qui disputando contra communem sententiam tenuerint, negantes percutientes clericum volentem excommunicationem illam incurere, de qua in d. *can. si quis suadente*, quod alii probabile censent ante, d. cap. contingit, non ita post illud, quia putant ibi expresse probari, istos eam excommunicationem incurere, de qua in d. *can. si quis suadente*.

Ego igitur, licet raro & difficulter a receptis sententiis receptis consueverim, nunquam tamen supra dicta communi potui acquiescere, sed semper constanter existimavi, & existimo, neque ante, nec post, d. cap. contingit, probari Juri nostro, quod percutiens clericum volentem excommunicationem illam ipso jure incurrat, ut latius, & majori cum commoditate alibi ostendam. Quæ quidem sententia retenta facile etiam erit defendere resolutionem contra communem, de qua supra num. 3. quod clericus se ipsum percutiens excommunicationem illam non incurrit, etiam si injuriose fiat, vel illicitè, ut tenuit Fab. quem refert & sequitur Mantu. dialog. 125. vers. *si se ipsum vulneraret*. Erratione illa confirmatur, quia ad excommunicationem illam incurrendam requirit canon distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constitutum est, in cap. ult. de Instit. & in cap. debitum 4. de baptismo. cum similibus.

II.

MEMBRA à capite recedere non debent. cap. cum non liceat. 12. de prescript. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. n. 17. Nicolaus Losæus de jur. univers. p. 3. c. 11. n. 7. [sed corpus & caput sequuntur. l. 1. §. 1. vers. quo quis. ff. de crim. les. Maj. Boeckel. de publ. judic. disquis. 4. n. 7.]

CAP. XXV.

Memoria. confer Reminiscencia. Gratitude.

Axioma I.

Memoria est labilis. l. peregrè 44. in pr. ff. de acquir. poss. l. 2. §. si quid autem 13. C. de vet. jur. enuel. Schneidewin. de feud. in proem. num. 3. in omnibus enim irreprehensibilem seu inemendabilem existere, utique solius divinæ non autem mortalis est constantiæ seu roboris. §. si quid autem 13. de confirmat. ff. quæ non nisi per scripturam